Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

israel. Et omnis qui reli-
quit domum vel fratres
aut sorores aut patrem
aut matrem aut uxorem
aut filios aut agros propter
nomen meum; centuplum
accipiet. et vitam eternam
possidebit. Off. Mihi autem.
Perveniant nobis. Secreta.
Domine quesumus apostoli tui pau-
li apostoli desiderata commercia:
ut quorum dignitatem perpetuam
sacro ministerio frequentamus
in terris. et presentia nobis sub-
sidia postulet et eterna.
Ecclesie tue quesumus domine
preces et hostias beati
petri apostoli tui commendet
oratio: ut quod pro illius gloria
celebramus nobis prosit ad
veniam. Per. Co. Amen
dico vobis quod vos qui reliquistis. Post co.
Perceptis domine
sacramentis beato pau-
lo apostolo tuo interveniente
deprecamur: ut quod pro illius
gloria celebrata sunt nobis
proficiant ad medelam.
Letificet nos domine
quesumus munus oblatum: ut
sicut in apostolo tuo petro te mi-
rabilem predicamus, sic per illum
tue sumamus indulgentie
largitatem. Per. In festo visi-
tationis beate marie virginis.
Gaudeamus
omnes in
domino diem
festum cele-
brantes in
honore marie
virginis de cuius visitatione
gaudent angeli et collaudant
filium dei. Ps. Eructavit cor meum
verbum bonum dico ego opera mea regi.
Omnipotens sempiterne deus. Oro.
qui ex abundantia
caritatis beatam mariam
tuo filio impregnatam ad
salutationem elisabeth in-
spirasti, presta quesumus: ut per eius
visitationem donis cele-
stibus repleamur, et ab omni-
bus adversitatibus eruamur. Per eundem.
Ecce iste venit. Sapientie.
saliens in montibus;
transiliens colles. Similis
est dilectus meus capree: in